

verba de supradicto Hypomnesticon libro ex responsione ter-^{ee}
 tiæ quæstionis ad revincendos ponunt hæreticos. II. Quod^{ee}
 ipse B. Augustinus in libro ad Dulcitium de octo quæstioni-^{ee}
 bus, commemorans libros suos, in quibus de iisdem quæstio-^{ee}
 bus scriperat, ita ad finem ipsius operis de eodem Hy-^{ee}
 pomnesticon libro commemorat dicens: *Addere etiam hoc^{ee}*
quam maxime huic operi oportet, ut vestra calumnia, quam^{ee}
nobis objicere soletis, per inluminationem gratiae Salvatoris^{ee}
revincatur, imo confutetur, & nostræ fidei integritas compro-^{ee}
betur. Credere nos quippe vel prædicare fugillatis, quia cum^{ee}
lege Dei & Prophetis, cum Evangelio Christi ejusque Aposto-^{ee}
lis prædestinationem dicimus, & reliqua quæ ibi lector ex in-^{ee}
tegro cum sextæ quæstionis solutione de Hypomnesticon libro^{ee}
inveniet. III. Argumentum Hincmari in S. REMIGII & Ec-
 clesiæ Lugdunensis lib. de tribus Epistolis pag. 123. edit. Maugvin.
 asservatum est, quo perhibet, ipsum Augustinum mentionem
 facere in libro contra Manichæos ex Genesi quæstionum & ab-
 solutionum illarum, quæ in libris Hypomnesticon legantur.
 PARDVLVS in eodem S. Remigii lib. p. 133. ita idem argumen-
 tum proponit: "Quidam nostrorum dicunt, non a præfato^{ee}
 viro (Augustino) eundem libellum (Hypognosticon) esse edi-^{ee}
 tum; quod mendacium esse cito probare poterit, qui secun-^{ee}
 dum libellum Augustini, quem in Genesim contra Manichæos^{ee}
 edidit, ad finem usque perlegerit, ubi demonstrat se ipsam^{ee}
 quæstionem cum aliis quinque contra rabiem Manichæorum^{ee}
 edidisse."

§. IV.

Non leve his argumentis videtur inesse pondus, siquidem
 videntur inniti testimoniis non tantum Africanorum Episcopo-
 rum & in his Fulgentii, qui uno, eoque non integro Sæculo
 post Augustinum vixerunt, sed ipsius etiam Augustini autori-
 tati,